



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

28. Augusti. 5. Cal. Septemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

200 ANNI CISTERCIENS.

manant *Quantas huic fonti gratias debeam, considerare me docet*

S. BERNARDUS, ser. 19. de divers.

Christi
in nos
benefi-
cia.

Quid ultra facere debuit Christus, & non fecit? Cujus vel saxum pectus tanta & talia, à tanto & tali collata beneficiorum multitudo non emolliat? Quidquid igitur es, quidquid potes, debes creati, redimenti, vocanti.

(X X X X X X X X X X)

28. Augusti. 5. Cal. Septemb.

Flu-
isse vi-
daur
circa a.
1200.

B. JOANNES Præcursor, in Villario sacre suppellectilis custos, præterea tyronum & Conversorum instructor: quas functiones tam impigra obibas alacritate, ut nullum temporis momentum non utilis aliquis labor distingueret. Arctioris silentii horis cum DEO aut piis libellis loquebaris, aut stylo concipiebas, quæ meditando inveneras. His studiis usque in senium continuatis, cum amor divinus totum pectus tuum inflammasset, dum in die Dominica, quæ à Palmis Servatori olim substratis nomen habet, verba illa cantarentur: *Clarifica me Pater &c.* repente igne exæstuans, dissolvi cupiebas, &

ebas, & esse cum Christo. Deficientibus itaque in dies viribus, uni huic curæ totum te impendisti, ut ultima hora non imparatum inveniret. Huic tuę pietati invidus ille, cujus invidiã mors *Ad-* intravit in mundum, verè omnem lapidem movit; ut patientiæ tuę castel- *grave-* lum in illo luctu periculo expugnaret: *terle-* ingens quippe saxum è muro in ca- *diur.* put decumbentis excussit, vulnus infligens, per quod animæ patuisset via ad cælum: sed hæc parabatur laboribus tuis merces, ut Martyrii Laureola coronatus de morte triumphares. *Utinam* Temp^o & meo animo inesse hæc pia temporis sa- ferax lubriter impendendi avaritia; quam in *lucri.* me parere deberet consideratio *lucri,* dum pro brevissimo labore finem non habitura quies rependitur.

B. MALACHIA, Episcopo Jacen- *Obis* sis: ad quod dignitatis fastigium te *c-* anno vexit præter eruditionem, vitæ inte- *1606.* gritas, quam juvenis in Hortensi monasterio imbiberas, & gemina muneris Abbatialis administratione feceras *Exem-* perspectam. Admirabili utebaris in *plar E-* gubernatione decenniali solertia. Nam *piscopo-* Clericorum omnium per totam Dico- *rum.* cesim nomina, doctrinam, mores, in libro descripta gerebas; illinc hauriens consilia, sinè personarum acceptione,

lis

promovendi

Paupere-
res ju-
vat.

promovendi idoneos; & ab officiis ar-
cendi indignos. Altera curarum pars
egeni erant: quibus multò plus erogare,
quàm à cathedræ proventibus acci-
pere videbaris. In prædicatione Verbi
divini apparebat in te zelus Apostoli-
cus: quem ornabat insignis facundia.
Nulla tamen laborum moles tam gra-
vis incumbere, quin monasticæ disci-
plinæ rigorem à te strictissimè, usque
ad extremam vitæ horam, exigeres.
*Imitari conabor hanc vigilantiam tuam:
& sicut hætenus ultima inter curas fuit
salus animæ; ita deinceps primum locum
obtinebit.*

S. BERNARDUS, s. 3. in vig. Nat.

Cura
salutis

*Dicendum cum sancto: Anima mea
in manibus meis semper. [ps. 118.]
Et sicut, quod in manibus nostris te-
nemus, non facile obliviscimur: sic
nunquam obliviscamur negotium a-
nimarum nostrarum, & illa cura
principaliter vigeat in cor-
dibus nostris.*



29. Aug.